35

um aliqđ v̄bū exire blaſphe
mie nobis in exemplū. De q̊
etiam pulchrā doctrinā ha=
bemus in ep̄la iude vbi dici
tur: Qr michael archangel⁹
cū altercaret cū diabolo de
moyſi corpore: nō eſt auſ⁹ iu
diciū blaſphemie īferre dia=
bolo: ſ dixit: Imperet tibi
de⁹. Sup quo v̄bo dic̄ Hie
roni. ⁊ ponit̄ xxiij. q. iij. ca.
ſi igit̄. Qr cū michael cū dia
bolo altercaret̄ đ moyſi cor=
pore: nō fuit auſus diabolo
maledictiōis digniſſimo: iu
diciū īferre blaſphemie: q̄n=
tomagis nos ab omni male=
dicto puri eſſe debem⁹. Me
rebatur diabol⁹ maledictū:
ſed p os archangl̄i blaſphe=
mia exire non debuit. Hec
Hiero. Si igit̄ archangelus
diabolo ſibi aduerſāti blaſ=
phemiā dicer̄ noluit ſed mo
deſto ſermone eū coercuit:
quātomagis ab homib⁹ blaſ
phemia eſt cauēda et maxie
in creatorē. Diabol⁹ eī q̄m=
uis volūtate mal⁹ ſit: in ſb=
ſtātia tn̄ bonus eſt. Et ideo
ab angl̄o nō blaſphemat̄: q̄
aliquid ꝓferret aduerſ⁹ bo=
nā naturā q̄ creatura dei ē:
et omnis creatura dei bona
ē: vt dicit apl̄s. Confor
matio Ad conformanduꝫ
ſe iſti articl̄o p contrariū be=
nedicat hō deo dicēs illud:
Sit nomē dn̄i benedictū. ⁊c̄
Vel aliq̄d huiuſmodi.

Theorema.

**Eſu q̄ ab ip̄i**
is iudis reū te eſſe mor
tis ꝓphanā vocem audi
re non timuiſti: conſer=
ua me ne re⁹ et ne mor=
tis inueniar in ocul̄ tu=
is. Quītus decim⁹ ar=
ticulus.

Quintus decimus
q articulus eſt ad mor
tē cōdemnatio. Luꝫ
eni p̄nceps ſacerdotū dixiſ
ſet: Ecce audiſtis blaſphemi
am: adiecit. Quid vobis vi=
detur? Expetens ab eis q̇d
ipſi de eo ſentirēt. Tunc illi
omnes reſpōdētes dixerūt:
Reus eſt mortis. Et quideꝫ
in hoc vere reſpōdiſſent ſup
poſita veritate facti. Omis
eni qui blaſphemat nomen
dei ſm legē reus eſt mortis:
quia debet lapidari Leuit.
xxiiij. Sed quia factū ſup q̄
fundabatur q̄ſtio fuit falſū:
ideo reſpōſio fuit falſa: pro=
phana et iniqua. Et bn̄ iſta

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-240/0069
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG